De Tyrannione apud Suidam haec sunt testimonia:

Τυραννίων (1). Ἐπικρατίδου καὶ Λινδίας Ἀλεξανδρίνης, Ἀμισηνός. ἐχρημάτιζε δὲ Κορύμβου, γεγονὼς ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου, καὶ πρότερον, μαθητὴς ἄλλων τε καὶ Ἑστιαίου τοῦ Ἀμισηνοῦ, ὑφ' οὗ καὶ Τυραννίων ὠνομάσθη, ὡς κατατρέχων τῶν ὁμοσχόλων, πρότερον καλούμενος Θεόφραστος· εἶτα διήκουσε καὶ Διονυσίου τοῦ Θρακὸς ἐν Ῥόδῳ· ἀντεσοφίστευσε Δημητρίῳ τῷ Ἐρυθραίῳ· ὃς ἦχθη εἰς Ῥώμην, ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου, ὅτε κατεπολέμησε Μιθριδάτην, τὸν τοῦ Πόντου ἐθνῶν βασιλεύσαντα. διαπρεπὴς δὲ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ καὶ πλούσιος ἐκτήσατο καὶ βιβλία ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας. ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ὑπὸ ποδάγρας παραλυθεὶς ὀλυμπιάδι ρκ', (2) ἐν τῷ γ' ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος.

Huc accedunt duo alia:

Τυραννίων, ὁ νεώτερος, φοίνιξ, πατρὸς Ἀρτεμιδώρου, μαθητὴς Τυραννίωνος τοῦ πρεσβυτέρου· διὸ καὶ ὠνομάσθη Τυραννίων, πρότερον καλούμενος Διοκλῆς· αἰχμάλωτος δὲ καὶ αὐτὸς γενόμενος ἐπὶ τοῦ πολέμου Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος, ὑπό τινος Δύμαντος ὠνήθη, τοῦ Καίσαρος ὄντος ἀπελευθέρου. εἶτα ἐδωρήθη Τερεντίᾳ, τῇ τοῦ Κικέρωνος γυναικί· ἐλευθερωθεὶς δὲ ὑπ' αὐτῆς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ καὶ ἔγραψε βιβλία ὀκτὼ πρὸς τοῖς ξ', ὧν καὶ ταῦτα· περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας· περὶ τῶν μερῶν τοῦ λόγου· ἐν ᾧ λέγει ἄτομα μὲν εἶναι τὰ κύρια ὀνόματα, θεματικὰ δὲ τὰ προσηγορικά, ἀθέματα δὲ τὰ μετοχικά. Περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ὅτι ἔστιν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς. Τοῦ Ἀντιγένους (3) ἡ Ῥωμαϊκὴ διάλεκτος· Ὅτι διαφωνοῦσιν οἱ νεώτεροι ποιηταὶ πρὸς Ὅμηρον· Ἐξήγησιν τοῦ Τυραννίωνος μερισμοῦ· Διόρθωσιν Ὁμηρικήν· Ὀρθογραφίαν.

Τυραννίων, Μεσσήνιος, φιλόσοφος. Οἰωνοσκοπικὰ ἐν βιβλίοις τρισί. καὶ ἄλλα δὲ τῶν βιβλίων αὐτοῦ φέρεται χρήσιμα.

Hunc locum vitiis non carere veraque cum falsis esse mixta accuratius inspicientem non fugiet. Nam ut de numeris taceam, quos jam alii manifesto vitiatos esse docuerunt (4), id mirum videatur, quod gravissimo ex his tribus ejusdem nominis viris ne unum quidem librum Suidas assignat, quamquam inter Tyrannionis

(1) Cod. Harl. VI. 200. Τυρανίων.

(2) ρυη A. B. V. E. ρπ Küst. ex auct. Patr.

(3) ἐκ τοῦ Ἀντιγένους ὅτι Ἀντιγένης A. B. V. E. ἀρτιγενής Gaisford.

(4) cf. Kusterus et Bernhardyus ad Suidae l. l. Bayle dict. hist. et crit. a. Tyrannion. Brucker d. phil. Rom. II, p. 19. Apud Suidam enim qui senem podagra confectum obiisse Olymp. CXX dicit in numero vitium esse ex Syllae, Luculli, Ciceronis, Strabonis aetate qua vixit Tyrannio manifestum est. Stahr. Arist. II, p. 126 n. 2. Die offenbar falsche Angabe des Suidas etc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Phoenicis scripta ἐξήγησιν τοῦ Τυραννίωνος μερισμοῦ commemorat. Cujus tandem Tyrannionis nisi magistri sui Amiseni? Unde si quantum vix ac ne vix quidem potest concedamus, Tyrannionem minorem quos Suidas fuisse ejus libros confirmat omnes scripsisse, id tamen apparet, Amisenum περὶ μερισμοῦ sive περὶ τῶν μερῶν τοῦ λόγου opus composuisse. Sed videamus singula.

Priusquam vero quae nobis proposuimus enarremus, hoc praemonendum videtur de tertio Tyrannione Messenio nullam notitiam nisi quam Suidas tradiderit ad nostram memoriam pervenisse. Itaque de eo tacere et de duobus tantum reliquis disserere cogimur.

Tyrannionem majorem Amisi in Ponto natum esse Suidas prodit, quem Strabo testis locupletissimus confirmat, quum inter Amisenos eruditione illustriores etiam Tyrannionem nominet (¹). Quo autem anno in lucem editus sit, lexicographus non addit, sed aetatem ejus obiter indicat γεγονὼς ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου, ubi γεγονὼς non de anno natali accipiendum esse jam verba καὶ πρότερον demonstrant. Graviora sunt quae sequuntur. Narrat enim aliquot versibus interjectis Tyrannionem ductum fuisse captivum Romam a Lucullo, quum Mithridatem Ponticarum gentium regem vicisset. Ubi vero Romanorum in manus venerit, in vita Luculli a Plutarcho enarrata refertur. Hic testis enim gravissimus memoriae prodit, Amiso expugnata etiam Tyrannionem grammaticum captum fuisse, quem a Lucullo sibi petiisse Muraenam et acceptum manumisisse, Lucullum vero id aegre tulisse, quod tam insigni virum doctrina ex servo fieri libertinum noluisset (²). Ex hoc loco certissimum est Tyrannionem eximiae eruditionis fama jam tum celebratum fuisse. Amisum anno septuagesimo a. Chr. captam esse constat. Egerit Tyrannio tum fere annum trigesimum; non multum igitur a veritate aberrare nobis videmur, si grammaticum paullo post vel ante centesimum annum a. Chr. natum putamus.

De parentibus, quos nominat Suidas, Epicratide patre et Lindia Alexandrina matre nihil alibi proditur. Quae verba sequuntur ἐχρηματίζε κορύμβου (Gaisf. κόρυμβος) obscurissima sunt. Patri an filio hoc nomen datum sit, non apparet. Si patri, cur hoc factum est? Si cum Bernhardyo (³) nomen per irrisionem dictum et quidem filio

---

(¹) Strabo XII. p. 548. Μέχρι μὲν δὴ δεῦρο Ἀμισηνή. Ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἄξιοι μνήμης κατὰ παιδείαν ἐνταῦθα· μαθηματικοὶ μὲν, Δημήτριος ὁ τοῦ Ῥαθηνοῦ καὶ Διονυσιόδωρος, ὁμώνυμος τῷ Ἴκενι γεωμέτρῃ· γραμματικὸς δὲ Τυραννίων, οὗ ἡμεῖς ἠκροασάμεθα.

(²) Plut. Luc. 19. τότε καὶ Τυραννίων ὁ γραμματικὸς ἑάλω. Μουρήνας δ' αὐτὸν ἐξῃτήσατο, καὶ λαβὼν ἀπηλευθέρωσεν, ἀνελευθέρως τῇ δωρεᾷ χρησάμενος. οὐ γὰρ ἠξίου Λούκουλλος ἄνδρα διὰ παιδείαν ἐσπουδασμένον, δοῦλον γενέσθαι πρότερον, εἶτα ἀπελεύθερον. ἀφαίρεσις γὰρ ἦν τῆς ὑπαρχούσης ἢ τῆς δοκούσης ἐλευθερίας δόσις.

(³) Bernh. l.l. Nihil tamen vetat κορύμβου per irrisionem dictum interpretari velut Philocles Ἀλμίωνος, Antimachus ψακάδος, Theocritus quidam Ἐλαφοστίκτου apud Lysiam c. Agor. p. 456 vocabantur. Κόρυμβος si probamus in promptu est Hegesippus ὁ Κρώβυλος.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inditum fuisse magis placeat, alia difficultas offertur. Nam in verbo χρηματίζειν (¹) non solum inest nominari sed etiam nomen assumere. Estne igitur ab aliis nomen impositum, an se ipse ita appellavit? Si illud fingis, habes puerum condiscipulis suis odiosum et gravem, si hoc mavis, vanum et insolentem. Quum vero pueri nomen, quod exagitaret vexaretque condiscipulos suos, ab Hestiaeo magistro in Tyrannionem (²) mûtatum audiamus, facile in eam opinionem adducimur, ut putemus, adolescentem naturae bonitate elatum fortasse quos in omnibus doctrinis antecederet condiscipulos contempsisse et a magistro Tyrannionem, ab his κόρυμβον (cacumen, vertex) nominatum esse. Sin vero lectio κορύμβου sana est, non aliter intelligi potest, nisi Tyrannionem se ipsum filium nominasse summi viri, quod cognomen ex patris Ἐπικρατίδου nomine duxerit. Nam αἱ ἐπικρατίδες (tegumentum quoddam capitis) et κόρύμβος (ornamentum capitis) similia significant.

Magistris Tyrannio adolescens usus est pluribus, inter quos nominantur Hestiaeus Amisenus et Dionysius Thrax (³), cui jam aetate provecto simul cum Demetrio Erythraeo (⁴) Rhodi operam dedisse fertur. Athenas eum profectum esse et inde Aristionis tyrannidem fugientem in patriam se recepisse unde Bruckerus (⁵) id sumpserit nescio, equidem id in Plutarchi (⁶) verbis inesse negarim. Neque vero non est verisimile Athenis eum fuisse, si reputaveris urbem cum per se clarissimam tum Peripateticorum sedem fuisse, quorum vel potius Aristotelis praecepta in scriptis illius perlucent. Quam opinionem etiam aliunde probare possumus.

Postquam cum Lucullo Romam venit, artem suam professus est et mox clarus factus et dives triginta millia librorum sibi comparavisse traditur. Addit prae-

---

(¹) Steph. Thes. s. v.

(²) Alio judicio usus est Graefenhanius Gesch. d. kl. Phil. I, p. 404. Solche Namendeutungen haben immer etwas Verdächtiges. Vielleicht war Tyrannion sein rechter und nur Theophrast der beigelegte Name, den er wegen seiner Liebe zu den Werken des Aristoteles von seinen Mitschülern oder Zeitgenossen bekommen haben mochte.

(³) Clinton Fast. Hell. III, p. 131. ad. ann. 107. Dionysius Thrax come between Aristarchus and Tyrannio. Suidas. s. v. Aristarchus began to be eminent b. C. 156, Tyrannio was brought to Rome b. C. 71. An interval of eighty five years. Dionysius in his youth might have heard Aristarchus in his old age; but it is not probable that he could have lived to teach at Rome in the time of Pompey. Suidas therefore may be thus corrected. Διονύσιος — Ἀριστάρχου μαθητὴς γραμματικὸς καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίωνι τῷ προτέρῳ, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου. Haec Clintoni conjectura mihi magis placet quam quod pro ἐν Ῥώμῃ vulgo scribitur ἐν Ῥόδῳ, quia, quamquam Rhodi Dionysium artem professum esse recte ita docemur, tempora tamen inter se conciliari non possunt. Quo enim tempore Sullae honoribus Pompeji gloriola primum accrescere coepit, Dionysius fortasse jam e vita abierat.

(⁴) Diog. Laert. V. in Demetr. c. 5. Ἐρυθραῖος πολιτογραφηθεὶς ἐν Τήμνῳ. Quocum Demetrio num iisdem studiis certarit an inimicitias exercuerit Tyrannio, ut alii volunt (Stahr. l. l. p. 123) ex verbis Suidae non intelligitur.

(⁵) Brucker. d. phil. Rom. II. p. 19. n.

(⁶) Plut. Lucull. c. 19.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terea Suidas et mortis annum et quo morbo confectus vita decesserit, reliqua tacet. At Strabo et Plutarchus (1) uno ore confirmant Tyrannionem praefecto bibliothecae Apellicontis a Sulla Romam allatae officiis conciliato, ut Aristotelis scripta sibi traderentur impetrasse. Quid? Ut aditus ad Aristotelis scripta sibi pateret, quae Ciceronis testimonio Romae ab ipsis philosophis praeter admodum paucos ignorarentur (2) studiosissime expetiisset, nisi Athenis non solum Peripateticis operam dedisset, sed etiam Apellicontem et Aristotelis scripta habuisse et edidisse jam cognovisset (3).

Quae hucusque exposuimus ad Tyrannionem priorem spectare, qui ejus in scriptis suis mentionem fecerunt omnes consentiunt; de illo grammatico ejusdem nominis, qui Ciceronis in epistolis et ad Atticum et ad Quintum fratrem saepius invenitur, magna dissensio est. Nam et Kusterus, et nostra memoria fere omnes vel palam vel obscurius Amisenum grammaticum jam quinquagesimo octavo anno a. Chr. aetate confectum podagra decessisse confirmant, Tyrannionem vero, quo Atticus et Cicero usi sint, Phoenicem fuisse existimant (4).

---

(1) Strabo XIII, 609. Plut. Sulla c. 26.

(2) Cic. Top. in.

(3) Quam partem in Aristolelis libris edendis Tyrannio habuerit saepius quaesitum est sed variae sunt doctissimorum hominum et discrepantes sententiae. Cf. Schneider. praef. ad Arist. H. A. vol. I, p. 85. sq. Brandis Rh Mus. Jahrg. I. p. 237. Hubmann. Jahn's Jahrb. f. Philol. Suppl. III. p. 124 sq. Graefenhan. Gesch. d. klass. Philol. I, p. 357 etc. Accuratissime de hac re disputavit Stahrius Arist. II, p. 128, qui Tyrannionem a praefecto bibliothecae exemplaria non solum quae legeret sed in domo sua haberet impetrasse Strabonis et Plutarchi verbis confirmavit. Libros acceptos Tyrannionem transcribendos curasse neque memoriae proditum est neque eum id fecisse existimem. Nam si eos edidisset, quomodo fieri potuit, ut anno quadragesimo quarto a Chr. viginti quatuor annis post quam Tyrannio Romam venit, ab ipsis philosophis praeter admodum paucos ignorarentur? Tantum igitur thesaurum vel sibi servavisse vel cum paucis tantum amicis, ut cum Attico et Cicerone, communicasse videtur. Neque vero non dubito, an Cicero totam Aristotelis librorum rationem a Tyrannione acceperit. Quamquam enim versatissimum in graecis litteris eum fuisse putamus, eundem tamen obscuritates quas scripta Aristotelis et ea corrupta praeberent omnes sine rhetoris ope intellexisse persuaderi nobis non potest. Tyrannionis vero opera an uteretur postea, quum simili afficeretur difficultate, ut infra monstrabimus, eum haerere videmus. Antequam Tyrannio Romam venit, Ciceronem Aristotelis libros jam legisse, id quod Stahrio placet (l. l. p. 140. sq.) eosque magis quam obiter Athenis novisse negem. Nam et Peripateticos num Cicero audierit valde dubitamus et si audisse damus, eos neque omnia neque quae iis trita essent Aristotelis scripta satis perspecta habuisse Athenaeus testatur (XIII, p. 609). Tum vero Ciceronem quem non plus operae in philosophiam contulisse scimus, quam futuro oratori opus esset, priusquam summos in republica honores consecutus esset, Stagyritae libris vacavisse vix credi potest. Denique paucis annis postquam Tyrannio in domo ejus bibliothecam et disposuerat et suppleverat, anno dico quinquagesimo primo a. Chr. Cicero de finibus bonorum et malorum libros illos Aristoteliis placitis refertos condere sibi proposuit (de leg. I, 20), quo tempore quum auctoritatem suam in dies imminui videret, ut curam animique angorem levaret, in studiis philosophiae conquievit. Aristotelis vero libros a Tyrannione acceptos Andronicum Rhodium divulgasse ex Plutarchi verbis παρ' αὐτοῦ Ἀ. Ῥ. εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων εἰς μέσον θεῖναι consequitur. Nescio an ab hoc librarii hos libros acceperint.

(4) V. Kust. ad. l. Hubmann. Jahn's Jahrb. f. Phil. p. 125. Im Vorbeigehen will ich bemerken, dafs der genannte Tyrannio († 58) nicht, wie so häufig geschehen ist, mit seinem Schüler Tyrannio dem jün-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tyrannionem majorem jam quinquagesimo octavo anno a. Chr. e vita abiisse ne credamus epistola Ciceronis ad Atticum impedimur. Anno enim antequam in exilium ivit Cicero jam de salute sua timens, ut animum a sollicitudine avocaret, librum de geographia Attico auctore componendum susceperat. Opus erat magnum, res ad explicandum difficiles. Tum primum Tyrannionis meminerat, num forte ejus auxilio uteretur (¹). Senis decrepiti, credo, et podagrae morbo confecti. Talis autem erat Tyrannio testimonio Suidae, si jam anno sequente mortuus esse putatur. At non de Tyrannione majore sed de Phoenice cogitandum esse dices. Perpendamus igitur, quae de hoc Tyrannione minore tradita sint. Refert Suidas eum fuisse natione Phoenicem, Artemidori filium, Tyrannionis majoris discipulum, ideoque ei hujus nomen inditum esse, quum antea Diocles appellaretur; bello inter Antonium et Caesarem captum, a Dymante quodam Caesaris liberto emptum, Terentiae postea, Ciceronis uxori, donatum et ab ea manumissum, Romae eum docuisse. Fingamus haec omnia constare et praeter consuetudinem Suidam accurate sibi tradita perscripsisse, manifestum est vel post vel non multo ante tricesimum annum a. Chr. Phoenicem Romam venisse. At sedecim annis ante librum, quem Tyrannio scripserat et Attico audiente recitaverat, Cicero ab amico petiit (²). Quod etsi cum Bernhardyo posueris in Antonii nomine vitium inesse (³) et Phoenicem illum nescio quo bello gallico vel civili captum a Terentia manumissum esse, rem nondum expediveris. Nam discipulum non ante magistri sed post mortem in domo Ciceronis fuisse videbis. Difficultates augentur, quod a Terentia, Ciceronis uxore, manumissus dicitur. Hoc

---

geren aus Phoenicien, der im Hause des Cicero in besonderer Gunst stand, auch dessen Bibliothek ordnete und acht und sechszig Bücher meist philologischen Inhalts schrieb, verwechselt werden darf. Schneider. l. l. de dispositione ut cogitem, facit recordatio locorum Ciceronis in Epp. ad. Att. 2, 6. 4, 4 et 6, ubi reliquias bibliothecae disposuisse et designasse Tyrannio, sed junior et antiquioris discipulus narratur. Graefenhan. Gesch. d. klass. Phil. I, p. 406. Der jüngere Tyrannio, um diesen hier gleich mitzunehmen, auch Tyrannion Phoenix und früher Diocles genannt, war ein Freigelassener der Terentia, Cicero's Gemahlin, und lehrte in deren Hause. Lersch. Sprachphil. der Alten II, p. 58. Es scheint aber dieser Tyrannion derjenige Grammatiker zu sein, den uns Suidas als Freigelassenen der Terentia, der Gemahlin des Cicero, angibt. Quae refert Parthey. (Alex. Mus. p. 131) errorum sunt plena. Aliter senserunt Clint. l. l. p. 185. Bayl. l. l. Brucker. l. l.

(¹) Cic. ad Att. II, 6. Etenim γεωγραφικά, quae constitueram, magnum opus est; ita valde Eratosthenes, quem mihi proposueram a Serapione et Hipparcho reprehenditur: quid censes, si Tyrannio accesserit? Et hercule sunt res difficiles ad explicandum et ὁμοειδεῖς. Att. ib. 4. Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego, quod inter nos liceat dicere, millesimam partem vix intelligo.

(²) Cic. ad Att. XII, 6. Venio ad Tyrannionem. Ain' tu? verum hoc fuit? sine me? At ego quoties, quum essem otiosus, sine te tamen nolui? Quomodo hoc ergo lues? Uno scilicet, si mihi librum miseris, quod ut facias, etiam atque etiam rogo. Etsi me non magis liber ipse delectabit, quam tua admiratio delectavit. Amo enim πάντα φιλόδημον (Mein. vind. Strabon. p. 242 φιλειδήμονα) teque istam tam tenuem θεωρίαν valde admiratum esse gaudeo.

(³) Bernhardyus ad l. In Antonii nomine falsus fuit scriptor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ante mortem Ciceronis vel ante divortium quadragesimo sexto anno factum vix admitti potest. Sed ut fingamus et in hac re Suidam errasse et jam antea Tyrannionem libertum in domo Ciceronis fuisse, ceteri loci in epistolis et ad Atticum et ad Quintum fratrem respiciendi sunt. Post reditum in patriam Tyrannione usus est Cicero, ut librorum suorum reliquias disponeret et designaret; quod negotium quam bene gesserit collaudat (1). Duobus annis post Quinto fratri, jam in Galliam profecto, quum bibliothecam supplere vellet et novos libros comparare, promisit se Chrysippo imperaturum, cum Tyrannione locuturum, quod res nisi per hominem et peritum et diligentem confici non posset (2). Nonne haec omnia in Tyrannionem majorem cadere videntur, qui ipse tantam librorum copiam sibi paraverat, ut in his rebus facile esset versatissimus? Nunc vide, quam diversis vocabulis utatur. Chrysippo imperabit, cum Tyrannione loquetur. Et Chrysippus erat libertus. Quo tempore Ciceronis libros disposuit Tyrannio, eodem et Marci et Quinti filios erudivit. Laudat Cicero progressus filii fratris et addit, id se magis nunc animadvertisse, quod Tyrannio apud se doceret (3). Antea igitur Ciceronis in domo non docuit. Paullo post pueros Paeonio rhetori, Dionysio, Attici liberto, et Chrysippo, suo liberto, erudiendos eum tradidisse legimus. Videtur igitur et Cicero occasione praebita usus a Tyrannione petiisse, ut dum ad libros disponendos adesset, liberos quoque doceret, et grammaticus bibliotheca disposita et designata Ciceronis domum reliquisse. Constat vero Tironem, Chrysippum ceterosque libertos nunquam nisi morbo vel alia re coactos a patrono suo discessisse. Quid? Si Tyrannio semper in domo Ciceronis fuisset, quomodo fieri potuit, ut Atticum amicum jocosis verbis castigaret, quod solus grammaticum recitantem audiisset? (4) Itaque quum Tyrannio, cujus Cicero in epistolis mentionem facit, vir acris ingenii atque in libris et comparandis et disponendis versatissimus, non libertus sed amicus fuisse videatur, facere non possum, quin cum Drumanno consentiam Amisenum esse, quem Lucullus ex Asia in Italiam deduxerit (5).

Quodsi eum jam anno quinquagesimo octavo a. Chr. mortuum esse affirmant, falluntur. Postremum enim Tyrannionis nomen invenitur in epistola quadragesimo sexto anno a. Chr. ad Atticum scripta. Huc accedit, ut Strabo se Tyrannionem Ami-

---

(1) Cic. ad Att. IV, 4b. Offendes enim designationem Tyrannionis mirificam librorum meorum; quorum reliquiae multo meliores sunt, quum putaram. Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. Ib. 8a. Postea vero quam Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis aedibus.

(2) Cic. ad Qu. Fr. III, 4. De bibliotheca tua Graeca supplenda, libris commutandis etc. Chrysippo tamen imperabo et cum Tyrannione loquar. Ib. III, 5. De libris, Tyrannio est cessator — sed res est operosa et hominis perdiligentis.

(3) Cic. ad Quint. Fr. II, 4. Quintus tuus, puer optimus, eruditur bene, quod Tyrannio docet apud me.

(4) v. s. p. 5. n. 2.

(5) Drumann's Gesch. Roms. V. p. 608. n. Ein Gelehrter Asiat, Lucullus Gefangener im mithridatischen Kriege und in Rom auch der Lehrer der Söhne des M. u. Qu. Cicero.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

senum audivisse testetur (οὗ ἡμεῖς ἠκροασάμεθα); quod nusquam nisi Romae factum esse existimandum puto (¹), ubi Strabo, si Grofskurtio credendum est ab anno vicesimo nono ad annum vicesimum quintum morabatur (²). Sin autem conceditur Tyrannionem non ante hoc tempus e vita decessisse, nihil obstat, quin illum Olympiadis numerum apud Suidam ρκ' in ρπη' mutandum judicemus (³). Nam si Tyrannionem eodem fere tempore natum esse pones, quo Dionysius Thrax vulgo floruisse putatur, ad octogesimum annum vixerit, quae aetas, quamvis admodum provecta nec Suidae testimonio repugnat, nec mira videbitur, qui quam grandaevi Aristophanes ille Byzantius aliique grammatici mortui sint memoria tenet. Tum vero Tyrannio alter sive Actiaco sive alio bello captus majorem audire poterat et fortasse discipulum magister eo magis diiexit, qui iisdem rebus adversis conflictatus esset.

Venimus ad scripta, quae sub nomine Tyrannionis minoris feruntur. Suidam auctorem secuti etiam nostra memoria fere omnes sexaginta octo (⁴) libros illum scripsisse affirmant. Qua de re nos dissentire jam supra commemoravimus. Sed res difficilis est ad judicandum, quod ubicunque in libris suis scriptores veteres Tyrannionem nominant, cognomen non adjiciunt. Itaque quaerendum censeam, num scripta, quorum fragmenta ad nos pervenerint, Amisenus an Phoenix composuerit. Librum, qui inscribitur περὶ τῶν μερῶν τοῦ λόγου grammatico majori attribuendum esse Lehrsii auctoritate adjuti etiamnunc contendimus (⁵). Etiam de Homerica prosodia dubito an Amiseno non abjudicari possit. Nam in eo libro Tyrannionis, quem Cicero ab Attico petiit, aliquid de accentu esse disputatum ex verbis epistolae opinari licet (⁶). Haec esse incerta confiteor nec sententiam jam ab aliis (⁷) propositam am-

(¹) Schoell. Gesch. d. griech. Litt. II, p. 555. Zu Amisus, wo er eine Schule stiftete, wurde er der Lehrer Strabo's. Hoc non concedam; quatuor enim vel quinque annis antequam Strabo natus est Tyrannio a Lucullo ex Asia deductus Romae jam docuerat. Hunc errorem vitaturus Graefenhanius (l. l. p. 405.) in alium incidit, qui Tyrannionem minorem in Orientem reversum Amisiae (sic!) ludo aperto a Strabone audiri facit. Idem Kusterus l. l. notavit.

(²) Grofskurt's Vorr. z. Strabo's Erdbeschr. §. 3. p. XIII. Vermuthlich blieb er den Winter über dort (Korinth), um die Stadt und Nachbarschaft, namentlich auch Athen und Attika, kennen zu lernen, und gelangte dann im Frühjahr 725 nach Rom, wo er drei oder vier Jahre verweilte.

(³) Ita jam Bernhardyus corrigere voluit, quod ad litterarum ductum proxime accederet; sed cur rationes temporum magis cum ροη' concordare putaret non adjunxit.

(⁴) Ita vulgo legitur. Codd. dant β'β' πρὸς ῃ καὶ ξ'. Bernhardyo (a. l.) vestigia librorum suadere videntur ἑκατὸν καὶ ξ'. Sed locus sola conjectura sanari non possit.

(⁵) Lehrs. Herodiani scripta tria emendatiora p. 416. Alte Grammatiker schrieben περὶ μερισμοῦ oder περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λόγον μερῶν. So Apollonius Dyscolus vier Bücher nach Suidas, und vor ihm der ältere Tyrannio, wozu der jüngere Tyrannio einen Commentar. cf. Stahr l. l. p. 126. n. 1. Corrigenda videntur, quae Graefenhan. l. l. I, p. 405 u. 469 et Lersch. l. l. II, p. 58 afferunt. Hic vel a se dissentire videtur; ib. p. 265, III, p. 83. cf. Schoell. l. l.

(⁶) Cic. ad Att. XII, 6. Scire enim vis, quo uno animus alitur; sed, quaero, quid ex ista acuta et gravi refertur ad τέλος.

(⁷) Drumann. l. l. p. 85. Andere schickten ihm ihre Arbeiten; keine war ihm willkommener, als die

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plexus essem, nisi Servius, quarti vel quinti saeculi grammaticus, qui librum de accentibus reliquit, tradidisset, Tyrannionem Amisenum quattuor scripsisse esse prosodias, βαρεῖαν, μέσην, ὀξεῖαν et περισπωμένην (¹). Itaque non inconsiderate facere nobis videmur, si illud scriptum περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας Tyrannioni Amiseno attribuimus. Si vero reputaveris, quam arcto vinculo apud veteres grammaticos omnes quaestiones grammaticae et inter se et cum Homero conjunctae sint, ὀρθογραφίαν quoque, διόρθωσιν Ὁμηρικήν (²), ὅτι διαφωνοῦσιν οἱ νεώτεροι ποιηταὶ πρὸς Ὅμηρον quin ei mecum des non dubitabis. Quum vero ex his scriptis quae habemus fragmenta omnia sumta videantur, sequitur, ut Tyrannio quem veteres grammatici laudant sit Amisenus. De duobus scriptis, quae praeter ἐξήγησιν supersunt et περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου et περὶ τοῦ σκολιοῦ μέτρου (³) num ab Tyrannione majore an minore scripta sint, quod horum operum nihil praeter nomen exstat, dijudicare non licet. Quamquam, si Suidam dixisse reputo commentarium περὶ τοῦ σκολιοῦ μέτρου Tyrannionem a Cajo Caesare facere jussum esse, nescio an de hac quoque re a majore sit scriptum, qui fuit Cajo Caesari aequalis. Liber vero περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου qua aetate et a quo scriptus sit ne Oedipus quidem explicet. Itaque Bernhardyo aliisque, si Tyrannioni minori datur non repugno (⁴).

Quae quum ita sint nisi vereremur ne artificiosius videremur quam criticae arti convenientius agere, duas illas Suidae notationes aliquot versibus mutatis alioque loco insertis sic pronuntiaremus scribendas esse:

Τυραννίων, Ἐπικρατίδου — μυριάδας· ἔγραψε περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας, περὶ τῶν μερῶν τοῦ λόγου, ἐν ᾧ λέγει ἄτομα μὲν εἶναι τὰ κύρια ὀνόματα, θεματικὰ δὲ τὰ προσηγορικά, ἀθέματα δὲ τὰ μετοχικὰ· ὅτι διαφωνοῦσιν οἱ νεώτεροι ποιηταὶ πρὸς Ὅμηρον· διόρθωσιν Ὁμηρικὴν· ὀρθογραφίαν. ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ὑπὸ ποδάγρας παραλυθεὶς ὀλυμπιάδι ρπή, ἐν τῷ γ' ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος.

Τυραννίων ὁ νεώτερος — καὶ ἔγραψε βιβλία (ὀκτὼ πρὸς τοῖς ξ'?) ὧν καὶ ταῦτα· περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ὅτι ἔστιν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς τοῦ Ἀντιγένους (?) ἡ Ῥωμαικὴ διάλεκτος· ἐξήγησιν τοῦ Τυραννίωνος μερισμοῦ.

Untersuchungen des Tyrannion über die Prosodie; die Accentlehre schreckte ihn nicht ab, er konnte die Zeit nicht erwarten, sie mit Cicero zu lesen.

(¹) Endlicher anall. gramm. p. 530. Servius de acc. §. 20 Tyrannio vero Amisenus, quem Lucullus Mithridatico bello captum Lucio Murenae concessit, a quo ille libertate simul et civitate donatus fuit, quattuor scribit esse prosodias βαρεῖαν, μέσην, ὀξεῖαν et περισπωμένην. Atque memoriae proditum est, hunc ante alios fuisse pronuntiatione potiorem, quod nequaquam assequi potuisset, nisi tenore singularum vocum diligentissime perquisito.

(²) Graefenhan l. l. Und soll auch eine Ausgabe des Homer beabsichtigt haben, die aber nicht zu Stande kam. Quo ex fonte vir doctissimus id hauserit nescio.

(³) Suid. s. v. σκολιόν: ὑπόμνημα ἔγραψε Τυραννίων περὶ τοῦ σκολιοῦ μέτρου, ὃ προετάθη αὐτῷ ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος. Idem legitur ap. Schol. ad Arist. Ran. v. 1337.

(⁴) Bernhardy Gesch. d. Griech. Litt. I. p. 395. Graef. l. l. 405, 425 et saepius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fontes et subsidia, quibus Tyrannio major usus fuerit, certo demonstrari non possunt, neque magis, quo ambitu Homericis studiis vacarit, num athetesibus quibusque usus sit, qua ratione lectiones suas probarit, qua orthographiam, qua grammaticam uniuersam tractarit, propterea quod scholiastae in nudis lectionibus memorandis acquiescere solent rationibus aut omissis aut obiter affixis. Nonnulla tamen ex iis, quas habemus reliquiis divinando assequi possumus. Tyrannionem de accentibus aliisque rebus ab Aristarcho ejusque cultoribus dissensisse legenti in promptu est. Omnibus fere locis nonnullis exceptis ejus lectiones refutari videbit; num recte necne in tanta testimoniorum inopia diiudicare difficile sit, quod quae habemus quum admodum sunt mutila, tum ab adversariis tradita, qui ut diligenter attulerunt, quibus sententias suas defenderent, ita quae Tyrannio pro se dixit, neglexerunt. Haec dissensio, cui plurima, quae supersunt, debemus, unde orta sit neminem, qua ratione grammatici veteres artem suam excolerent, strenue persecutum praeteribit. Quo enim tempore Tyrannio scripsit et Aristarchi ejusque discipulorum auctoritas et illud dicendi genus, quod vulgo vocatur κοινή, nondum adeo praevaluit, ut quae non erant consentanea et inusitata haberentur et ut barbara repudiarentur. Multa ergo, quae Aristarchus sive observandi diligentia sive sensu insito ad penetralia quasi linguae perductus jam rejecerat, quod e sermone vulgari nondum abiissent, Tyrannio non improbavit, apud quem et analogiam vel rationem et anomaliam vel consuetudinem et usum valere videmus. Dialectos enim eum non repudiasse sed etiam defendisse ex reliquiis cognosci licet (ἀνδρειᾶς, ἄχρειος scripsit Attico more, Καρκησός Cyzicenorum). Neque tamen constanter idem eum fecisse docet illud fragmentum ex lexico de spiritibus sumptum, in quo legitur, litteram υ initio verbi positam semper spiritum asperum habere; quam regulam Tyrannionem quoque in Homeri carminibus ὕμμες scribentem secutum esse, quamquam ὕμμες Aeoles pronuntiarent. Unde factum sit ut ab Aristarchi doctrina a Dionysio Thrace tradita desciscceret, si quaeritur, non habeo quod respondeam nisi quod Aristotelicae philosophiae praecepta tanto studio amplexus erat, ut a Strabone φιλαριστοτέλης nominaretur. Aristoteles vero linguas non natura sed usu ortas esse dixerat ([1]). Nec desunt vestigia Tyrannionem etiam in aliis rebus grammaticis explicandis Aristotelis doctrinam secutum esse. Quamquam enim grammaticam esse ἐμπειρίαν τῶν παρὰ τοῖς ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι λεγομένων ([2]) Dionysius ille Thrax dixerat, Tyrannio eam θεωρίαν τῆς μιμήσεως nominasse traditur. Quis in his verbis Aristotelis discipulum non agnoscat? Itaque a duobus magistris eruditum, eorum diversas sententias ut conciliaret Tyrannionem studuisse confirmaverim, praesertim quum idem studium anomaliam cum analogia conjungendi Cice-

([1]) Lersch. l. l. I. p. 37 sq.
([2]) Lersch. l. l. II, p. 67 sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ronis (1) in scriptis ejusque amici Terentii Varronis (2) reperiatur, quibus cum viris necessitudinem quandam et studiorum et sententiarum Tyrannioni intercessisse verisimile est.

Quae quum ita sint Tyrannionem, virum acris ingenii, in numero eorum grammaticorum ponendum putem, qui suam et propriam haberent viam ac rationem, qua de rebus grammaticis judicarent, nec uni alterive scholae addicti magistri verba constanter repeterent. Qua quidem ratione, quum quasi medium cursum tenere vellet, vera non semper eum invenisse, sed multa nova et saepe inaudita (3) excudisse non negem.

Περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας.

I. Il. A., 116 Lex. Gud. s. v. ὡς. Ἀρίσταρχος δὲ παρῄνει καὶ Τυραννίων τὸ ὡς ἐν τῇ μέσῃ φράσει περισπᾶν, εἰ μὴ ὑποτάσσοιτο συνδέσμ... ὡς τὸ καὶ ἀλλὰ. καὶ ὡς ἐθέλω, ἐπειδὴ ὡς ἄγεν εἶκος Αθήνη· ἀλλὰ καὶ ὡς ἱππεῦσι μετέσσομαι. ἀλλ' οὐδέπω σε ἔολπα ὀνόσεσθαι κακότητα. Eadem inveniuntur sed emendatiora ap. Cram. An. Ox. I. p. 449, 11. Ἀρίσταρχος δὲ παρῄνει καὶ Τυραννίων τὸ ὡς ἐν τῇ μέσῃ φράσει περισπᾶν, εἰ μὴ ὑποτάσσοιτο συνδέσμῳ ὡς τὸ καὶ:

ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω Il. 1, 116.

ἐπεὶ ὣς ἄγε νεῖκος Αθήνη Il. 11, 721.

ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέσσομαι Il. 4, 322.

ἀλλ οὐδ' ὥς σε ἔολπα ὀνόσσεσθαι κακότητος Od. 5, 379.

His vero duobus locis τὸ μὴ ejiciendum esse et allata exempla docent et Cram. An. Ox. II, 373, 5. Ἀρίσταρχος δὲ παρῄνει καὶ Τυραννίων τὸ ὡς ἐν μέσῃ φράσει περισπᾶται (? περισπᾶν) εἰ ὑποτάσσοιτο συνδέσμῳ· ὥσπερ ἐπὶ τῶν τοιούτων. Sequuntur fere eadem exempla (Il. 11, 710; 721; 1, 116; Od. 5, 219; 379). Similes regulas et alii grammatici velut Herodianus apud Joann. Alex. p. 31, 30 (ubi ἀγένικος in ἄγε νεῖκος mutandum est, id, quod Dindorfius neglexit), Trypho ap. Herm. d. em. rat. gr. p. 466 et ib. 111.; Apio et Herodorus ap. Eust. Il. p. 62, 2 proposuerunt. Num Apollonius nihil novandum esse putaverit nec ex illo a Spitznero jam laudato loco Apollonii de adverb.

---

(1) Lersch l. l. I, p. 142. Aber schon aus dem oben Angegebenen geht hervor, dafs er (Cicero) weder Analogie noch Anomalie zur Richtschnur nahm, sondern dafs er den Wohlklang als den Grundsatz ansah, der bei schwieriger Entscheidung die Formbildung bedingen sollte.

(2) Varro d. ling. lat. IX, p. 458 Spengel. Consuetudo et analogia conjunctiores sunt inter se, quam hi credunt. Quod est nata ex quadam consuetudine analogia et ex hac consuetudo, ex dissimilibus et similibus verbis eorum quod declinationibus constat, neque anomalia neque analogia est repudianda, nisi si non est homo ex anima, quod est homo ex corpore et anima.

(3) Lehrs. Aristarch. p. 259. Quod quantum valeat intelligitur maxime comparatis quibusdam posterioris aevi grammaticis cum alios dico tum Tyrannionem et Ascalonitam Ptolomaeum, qui Gottschedii simili studio nihil non certa quadam regula adstringi volebant (a quo sermo ingenioso homini similis abhorret), qui inauditos nec a paradosi vel ab Herodiano modestisque grammaticis receptos accentus excudebant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p. 581, 3 nec ex altero de conjunct. p. 523, 20 certo quidem intelligitur. De ὥς v. Jen. Litter. Zeit. 1809. No. 245, S. 141.

II. Schol. Ven. Il. A., 126. ταῦτ': τὸ δὲ ταῦτ' Τυραννίων ὀξύνει, ἵν' ᾖ τὰ αὐτά.

Lectio non rejicienda est, nam Homerum jam ὁ αὐτὸς usurpavisse Herrmannus in opusc. I, p. 333 de pron. αὐτὸς observavit. Sed propter articuli synizesin scrupulus mihi injicitur, quem me doctior eximat.

III. Il. A. 166 Cram. An. Ox. I, p. 67, 15. ἀτάρ. Τυραννίων δὲ ἄταρ ἀναγιγνώσκει ἐπεὶ οὐδὲν εἰς ρ̄ λῆγον ὑπὲρ μιᾶς συλλαβῆς βραχυκατάληκτον ὀξύνεται στέαρ, θέναρ, κέαρ, φρέαρ, νέκταρ· ταῦτα. τὸ πατὴρ ὅτε συστέλλεται ἐπὶ τελοῦς βαρύνεται πάτερ, ὁμοίως ἀνὴρ ἄνερ, δαὴρ δᾶερ· ἀντέπιπτε μὲν ἡ ὑπὲρ πρόθεσις, εἰ μὴ κατώρθωτο τὸ πᾶσαν ὀξύνεσθαι πρόθεσιν. (Cf. ibid. p. 2, 18 οἱ μὲν οὖν ὀξυτόνως ἀνέγνωσαν, ὡς Καλλίμαχος· οἱ δὲ βαρυτόνως λόγῳ τοιῷδε· πᾶσα λέξις εἰς ᾱρ λήγουσα βαρύνεται κ. τ. λ.).

Eandem regulam Ptolemaeus Analogeta secutus non αὐτάρ sed αὖταρ scripsit, quam scripturam etiamsi non aspernatur Apollonius tamen non accipit; cf. Becker An. p. 508, 3. ἡ μὲν γὰρ φωνὴ παρεισδύεται ἄλογος, εἴγε τὰ εἰς ρ̄ λήγοντα μετὰ βραχείας μόρια βαρύτονά ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ πατήρ ἡ κλητικὴ ἐβαρύνθη ἐν τῷ πάτερ καὶ τοῖς παραπλησίοις. καὶ οὐκ ἄλογος ἡ ἀνάγνωσις Πτολεμαίου τοῦ ἀναλογητικοῦ ἐν τῷ

αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν. (Il. 3, 1)

βαρύνοντος τὸ τέλος. καθὸ γὰρ πρόθεσις ἡ ὑπέρ, οὐκέτι δύναται ἀντικεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶ τὸ τέλος ὀξὺ πάντοτε. Adversatus fuisse videtur Herodianus; cf. Arc. d. acc. p. 184. et Choerob. in Beck. An. p. 1239. 1240.

IV. Schol. Ven. Il. A. 421. νῦν. τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ δή. διὸ καὶ Τυραννίων ἠξίου ὀξύνειν αὐτό, οὐκ εὖ.

Νῦν semper scribendum esse nisi versus syllabam correptam poscat Lehrs. quaestt. epp. p. 130 exposuit.

V. Schol. Ven. Il. B, 8; Λ, 186. βάσκ' ἴθι. Τυραννίων ὑφ' ἓν ὡς ἄπιθι. παραιτητέον δέ· τὰ γὰρ εἰς μι λήγοντα μετὰ προθέσεως φιλεῖ συντίθεσθαι, μετ' ἄλλων δὲ λέξεων οὐκέτι. καὶ πάλιν τὰ διὰ τοῦ κ παραχθέντα κατ' ἀρχὴν οὐ θέλει συντίθεσθαι· καὶ ἄμεινον ταυτολογίαν εἶναι, ἐμφαίνουσαν τὴν ἔπειξιν· καὶ ἀλλαχοῦ· ἔλθοι καὶ ἵκοιτο, ἔπος τ' ἔφατ' ἐκ τ' ὀνόμαζεν.

Haec vocabula non in unum jungenda fuisse et Tyrannionem errasse quis neget? Eundem significant quae apud Eust. Il. p. 165, 38 leguntur: τοὺς δὲ γράφοντας ὑφ' ἕν, βάσκιθι, ἀνατρέπουσιν οἱ παλαιοί; et in Lex. Gud. p. 105, 40 s. v. Βάσκ' ἴθι: φησὶ (φασὶ?) καὶ ἄπιθι τινές, καὶ οὐχὶ ἐν παραθέσει. Cram. Ox. I, p. 89, 11. τινὲς βάσκιθι ὡς ἄπιθι. Quam ad sententiam Tyrannio inductus videtur, quod si duo imperativos conflavit in unum, pleonasmum, qualis est in βάσκ' ἴθι, evitavit.

VI. Schol. Ven. Il. B, 162. φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης. οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν ὡς Τυραννίων καὶ Πτολεμαῖος. ὁπότε γὰρ γενικῇ συντάττεται ἡ ἀπὸ (inseruit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

h. l. Lehrs. Herod. tr. script. emend. p. 205, μὴ μεταξὺ πιπτουσῶν λέξεων καὶ σημαίνῃ τὸ ἄποθεν) τηρεῖ τὸν τόνον.

καὶ γάρ τίς θ' ἕνα μῆνα μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο (Il. 2, 292).

Quae de praepositionis inter substantivum et adjectivum vel inter duo substantiva positae anastrophe veteres grammatici tradiderint jam Lehrs. quaest. ep. p. 79. sq. exposuit. Tyrannio praepositionem ἀπὸ hoc loco vel adverbii vim induisse sensit vel accentum retraxit, quod praepositionem post adjectivum positam praepostere prolatam judicavit; id quod praestiterit, quia Ptolomaeus, qui una cum Tyrannione nominatur teste Schol. Ven. B, 839, praepositionis anastrophen ad τὰ προσηγορικώτερα referebat.

VII. Schol. Ven. Il. B, 269 ἀχρεῖον. Διονύσιος καὶ Τυραννίων τὴν πρώτην ὀξύνουσιν, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς καὶ ἀναλόγως. παρὰ γὰρ τὸ χρεία τὸ κατὰ ςέρησιν ἄχρειος ὡς μοῦσα ἄμουσος· ἡ μέντοι παρὰ τῷ ποιητῇ ἀνάγνωσις, ἀφορμῆς ἐχομένη τῆς κατὰ τὴν συνεκδρομὴν προπεριεσπάσθη.

Duplex igitur erat scribendi ratio. ἄχρειος dicebant, qui ut Tyrannio Atticorum morem exemplis ut ἄμουσος defenderunt; Homeri morem Herodianus alia regula in scholio l. l. (τὰ ἐν τῇ πρώτῃ συλλαβῇ ἔχοντα τὸ ᾱ μὴ καθαρὸν ἐπιφερομένων δύο συμφώνων μετὰ τῆς ει διφθόγγου, μὴ σημαίνοντα μέρος σωματικὸν προπερισπᾶται, ἀνδρεῖος, Ἀργεῖος. οὕτως καὶ ἀχρεῖος) proposita probavit. Alteram originationem, quam Lex. Gud. s. v. ἄχρειον repetit, a verbo χρῶ Schol. Ven. alterum h. l. offert. cf. Lob. Paral. p. 235. Cram. Ox. I, p. 12, 22. Verba Arcadii d. acc. p. 87: χρεία ἄχρειος κοινόν, ἀχρεῖος δὲ τὸ ἀττικόν transpositione χρεία ἄχρειος τὸ ἀττικόν, ἀχρεῖος δὲ τὸ κοινόν sananda existimem.

VIII. Schol. Ven. Il. B, 585 Οἴτυλον: ὡς δάκτυλον ἄρχεται γὰρ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς οι διφθόγγου. κακῶς δὲ Τυραννίων, οἰόμενος ἄρθρον εἶναι τὸ οι, καὶ παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ ἁμαρτάνων καὶ παρὰ τὴν ἱςορίαν, εἴ γε οὕτως φησὶ καὶ Φερεκύδης „τοῦ δὲ γίνεται Ἀμφάναξ, τοῦ δ' Οἴτυλος, ἀφ' οὗ ἡ πόλις ἡ ἐν Σπάρτῃ καλεῖται." τὸ δὲ κεφάλαιον ἐκτέταται ἐν τῇ προσῳδίᾳ τῷ Ἡρωδιανῷ περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῆς Τυραννίωνος.

Auctoris nomine suppresso plenius de hoc errore disputat Eust. Il. p. 295, 41 ἕτεροι δὲ τὸ Οἴτυλον ἀμφενέμοντο ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου ἀναγινώσκουσιν, ἄρθρον μὲν τυθέντες τὸ οἱ, πόλιν δὲ τὴν Τύλον, ἵνα λέγῃ ὅτι καὶ οἱ τὴν Τύλον ἀμφενέμοντο. οὐκ ἀρέσκει δὲ τοῦτο τοῖς ἀκριβέσιν, οἱ Τύλιν μὲν πόλιν Θρᾴκης οἴδασι κλινομένην Τύλεως· Τύλον δὲ οὐ πόλιν Λακωνικήν. Oetyli nomen servatum est etiamnunc in Βίτυλος. Cf. Strab. VIII. p. 360. ib. Cramer.

IX. Schol. Ven. Il. B, 648 Ῥύτιον: προπαροξυτόνως ὡς ςάδιον. οὐκ εὖ δὲ Τυραννίων παροξύνει αὐτὸ ὡς πεδίον· οὔτε γὰρ ὑποκοριςικόν, οὔτε εἰ ἦν ὑποκοριςικόν, παρωξύνετο, καθότι τρίβραχυ. τοῦτο δὲ εἴπομεν καὶ ἐπὶ τοῦ Θρόνιον.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Conjicere licet Tyrannionem etiam Θρονίον scripsisse; tenorem vero non ad πεδίον sed ad nomina propria in ίος, quae habent tres syllabas breves, ut Κλυτίος Il. 3, 147; Σχεδίος, ib. 2, 517; Φαλίος, Thuc. I, 24 referendum puto.

X. Schol. Ven. Il. B, 662. κατέκτα: Πτολεμαῖός φησιν ὁ Ἀσκαλωνίτης, Ἀρίσαρχον ἀνεγνωκέναι ὁμοίως τῷ

ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ (Od. 11, 410)

κατὰ συστολήν. Τυραννίων δὲ κατ' ἔκτασιν. οἶμαι δὲ ἀκόλουθον εἶναι ἐκείνῃ τῇ γραφῇ τῇ κομιζομένῃ ὑπ' Ἀριστάρχου,

ὣς ἔμεν ὡς ὅτε δῖον Ἐρευθαλίωνα κατέκταν (Il. 4, 319)

ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις ἡ κατὰ συστολὴν ἀφορμὴν ἔσχε τὴν τῆς ἀποκοπῆς, ὁμοίως τῷ

οὔτα κατὰ λαπάρην (Il. 6, 64).

Grammaticus erravit manifesto quod et ἔκταμεν aliaeque formae α breve ostendunt et κατέκτα correptum pronuntiatur Il. 15, 432: ἐπεὶ ἄνδρα κατέκτα Κυθήροισι ζαθέοισιν.

XI. Schol. Ven. Il. Δ, 228. Πειραΐδαο: ἐν τέσσαρσι συλλαβαῖς προφέρεται τὴν εὐθεῖαν τοῦ πατρωνυμικοῦ, καὶ οἱ ἄλλοι. Τυραννίων δὲ τρισυλλάβως, λέγων ὡς ὅτι οὐδὲν πατρωνυμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ ἔχει πρὸ τέλους διεσαλμένον τὸ ῑ ἀπὸ ἑτέρου φωνήεντος, οἷον Πανθοίδης, Βοηθοίδης, Πηλείδης· οὐδ' ἄρα τοῦτο. ὑπὲρ δὲ τοῦ τετρασυλλάβως ἀναγιγνώσκειν ἔχομεν ἐκεῖνο λέγειν, ὡς ὅτι ἐντελές ἐστι τὸ κατὰ διάλυσιν τοῦ ῑ, καὶ ὅτι οὐκ ἔχομεν τοιοῦτό τι πατρωνυμικόν, ὃ κατὰ σύλληψιν ἐξηνέχθη τοῦ ᾱ καὶ τοῦ ῑ πρὸ τέλους. παρὰ τὸ Πείραιος οὖν Πειραΐδης ἐγένετο.

Πειραΐδης quod a Πείραιος deducitur et altera forma Πειραεύς (Lob. Phryn. p. 41) et patronymico Ἀλκαΐδης apud Pindarum (Ol. 6, 68) ab Ἀλκαῖος facto firmes. Quibus suam Tyrannio sententiam defendit Πανθοίδης, Πηλείδης, haud scio an apud Homerum in Πανθοΐδης Πηλεΐδης dissolvenda sint.

XII. Schol. Ven. Il. Δ, 423. Ζεφύρου ὕπο κινήσαντος: Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ἀριστονίκου καὶ Νικίας καὶ Τυραννίων ἀναστρέφουσιν, οἱ δ' ἄλλοι παρέλκειν φασὶ τὴν πρόθεσιν, ἔνθεν καὶ φυλάσσεται ὁ τόνος ὁμοίως τῷ

ἔσκεν ὑφηνίοχος (Il. 6, 19)

Ποσειδάωνος ὑποδμώς (Od. 4, 386).

Acquiesco in iis quae Spitznerus doctissime ad h. l. disseruit, quibus nonnunquam cum Zephyri nomine κινεῖν et ὑπὸ conjungi, sed nunquam ὑποκινεῖν docetur.

XIII. Schol. Ven. Il. E, 302: Σμερδαλέα ἰάχων. βαρύνειν δεῖ τὴν ἰάχων· ἐνεζῶτος γάρ ἐστι καὶ παρατατικοῦ. οὐ μέντοι περισπασθήσεται, ὡς οἴεται Τυραννίων· διδάσκει τὰ κινήματα:

ἡμεῖς δὲ ἰάχοντες (Od. 4, 454).

εἰ γὰρ περιεσπᾶτο, ὡς νοοῦντες ἐγίνετο.

ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθε (Il. 13, 834).

τρὶς δ' αἶεν ἰάχοντος (Il. 11, 463).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

οὕτως οὖν καὶ τὸ

φθέγξομ' ἐγὼν ἰάχουσα (Il. 21, 341)

ὀφείλομεν προπαροξύνειν.

Schol. LV. Il. E, 343. Τυραννίων προπερισπᾷ τὸ ἰάχουσα, κακῶς.

Quas igitur formas hujus participii apud Homerum invenimus, Tyrannio non aoristi secundi putavit esse, id quod Goettlingius doctr. acc. p. 62 supposuit, sed verbi ἰαχέω, quod frequentissimum est apud poetas Atticos et in hymno ad Cer. 20 legitur. Thema quum servatum sit in adjectivo αὐίαχοι (Il. 13, 41), aegre de praesenti ἰάχω mihi quis persuaserit. Cf. Lobeck. Rhem. p. 148. Lehrs. Arist. p. 315. Arcadius de acc. p. 154 vix intelligi potest, nisi locus emendatione sanetur.

XIV. Schol. Ven. Il., E, 638. ἀλλ' οἷόν τινα. Νικίας ψιλοῖ ἐκδεχόμενος τὸ μόνον· ἄλλοι δὲ δασύνουσι θαυμαστικῶς ἐκδεχόμενοι, ὡς καὶ Ἡρακλέων, ἵνα ὅμοιον ᾖ τῷ

ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην (Od. 11, 518).

Κέχρηται μὲν οὖν αὐτῷ καὶ ὁμοιωματικῶς

οἷόν τε κρομύοιο λοπόν (Od. 19, 233)

καὶ ἀντὶ τοῦ ὡς

οἷον ἀναΐξας (Od. 1, 410),

Τυραννίων δὲ ἀλλοῖον ἀναγινώσκει· ὡς ἑτεροῖον, ὁμοίως τῷ

ἀλλοῖός μοι ξεῖνε. (Od. 16, 181).

ἡμῖν δὲ δοκεῖ θαυμαστικώτερον ἀναγινώσκειν, ὥσπερ καὶ τοῖς περὶ Ἡρακλέωνα, ἵνα ὅμοιον ᾖ τῷ

ὀσσάτιόν τε καὶ οἷον (Il. 5, 758),

ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξεν (Od. 4, 242),

οὕτως ἀρέσκει καὶ Φιλοξένῳ.

Inter tres lectiones, quas schol. l. l. praebet, Tyrannionis mihi maxime arridet, quod minus artificiose dicta videtur. Quod vero Spitznerus l. l. ἀλλοῖος comparando aptum negat, non intelligo. Nam et Il. 4, 258 aliisque locis rem alius speciei, sic tamen ἀλλοῖος significat, ut semper aliquam comparationem involvat nec simpliciter aliud notet; et qua re Hercule inferior sit Sarpedon comparando nostro loco cognosces. Cf. Nauck. Arist. p. 53. Diod. IV, 32; 49.

XV. Schol. Ven. Il. Z, 229. δύνηαι ὡς λέγηαι καὶ φέρηαι

σὺ δέ κεν κακὸν οἶτον ὄλῃαι (Il. 3, 417)

Τυραννίων δὲ προπερισπᾷ· καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὸ πρῶτον αὐτοῦ πρόσωπον δώσει δυνῶμαι ὡς νικῶμαι. ἀλλ' εἰ ἅπαξ ἐστὶ τὸ ὁριστικὸν κατὰ χρῆσιν, δύναμαι δύνασαι καὶ ὁμολογεῖται ἀπὸ τῶν εἰς μι, ὁμοτονήσει τούτοις καὶ τὰ ὑποτακτικά. οὕτως καὶ Ἀρίσαρχος καὶ οἱ ἄλλοι.

Fuit ergo Tyrannio, ut opinor, vel eorum numero qui activam formam δύνημι finxerunt, (Eust. Od. p. 1538, 56 τοῦ δὲ δυνάσθη ὁ ἐνεστὼς δυνάζω ἄχρηστος μὲν πάντως, ποιητικώτερος δέ. γενόμενος ἐκ τοῦ δύνω, ἀφ' οὗ καὶ τὸ δύνημι, οὗ παθητικὸν, τὸ δύναμαι) et regulam secutus, quam apud Arcadium de acc. p. 171 legimus, δυνῶμαι effecit, vel contractione posita in secunda persona expulso σ δυνῆαι scripsit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XVI. Il. I, 7, Cram. An. Paris. III, p. 11, 30 τὸ παρέξ ὁ Τυραννίων ἓν μέρος λόγου ἤκουσεν, ἵν' ᾖ ἐπίρρημα, καὶ βαρύνει καὶ ἔχει λόγον ὡς Ἡρόδοτος (IV, 46) ἐν α' (Lehrs. Herod. tr. scr. em. p. 248 correxit δ') πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος· παρὰ δὲ τῷ ποιητῇ τὸ παρέξ δύο μέρη λόγου εἰσί, καὶ ἐγκλίνεται, εἰ δύο προθέσεις.

A Tyrannione non solum libros optimos sed grammaticos etiam meliores dissidere iam animadvertit Spitznerus Exc. XVIII, p. LXIX. Grammatici nostri sententiam ea quoque videntur spectare, quae leguntur in Cram. An. Ox. I, p. 380, 7 τὸ πάρεξ βαρυνόμενον καὶ γενικῇ συντασσόμενον ἔχει τι παράσημον. κ. τ. λ.

XVII. Schol. Ven. Il. I, 393. σόωσι. Τυραννίων προπερισπᾷ ὡς νοῶσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ σοῶ περισπωμένου, ἐπεί, φησί, καὶ τὸ εὐκτικὸν κατὰ ἀποκοπὴν εἶπεν

ἤ κέ σφιν νῆάς τε σόῳ καὶ λαὸν Ἀχαιῶν (Il. 9, 424)

καὶ τὸ δεύτερον

ὅππως κεν νῆάς τε σόῳς καὶ λαὸν Ἀχαιῶν. (Il. 9, 681)

Ἀπίων δὲ διὰ τοῦ ᾱ γράφει, ἐπεὶ καὶ ἐν ἄλλοις οὕτως εὑρίσκεται

σάωσε δὲ νυκτὶ καλύψας (Il. 5, 23),

τὸν μὲν ἐγὼ ἐσάωσα (Od. 5, 103),

ἀλλὰ σάω μὲν ταῦτα, σάω δ' ἐμέ (Od. 13, 230),

καὶ ἐπὶ μέλλοντος

κερδαλέης εἴ τίς κεν ἐρύσεται ἠδὲ σαώσει (Il. 10, 44).

ἡ δὲ πλείων χρῆσις, ὧν ἐστι καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης, ὡς σώζωσι. καὶ δῆλον ὅτι τοῦ σώωσι συστολὴν αὐτοὺς δεῖ παραδέξασθαι. πρόδηλον κἀκ τῆς μετοχῆς

τὼ δ' ἑτέρω ἑκάτερθεν ἴτην σώοντες ἑταίρους (Od. 9, 430).

Verbum σώω, quod ab aliis in σαόω dissolvitur, a Tyrannione in σοάω distractum videtur; qua forma posita conjunctivum σοῶσιν contractum effecit. Quomodo hic apocopen adhibuerit non intelligo, nisi hunc fere sententiarum nexum fuisse divines, ex σοῴη per apocopen fieri σοῷ, ergo conjunctivum esse σοῶσιν (cf. Goettling doctr. acc. p. 102). Aristarchus eandem formam probasse videtur teste Schol. Ven. Il. 9, 681.

